BEDA VENERABILIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 213
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



213

egenum & ulceratum ante januam divitis & delicias affluentis posuit in
una eademq; re excusione divitis pauperis non misereri divitis cumulum
dampnationis intulit. & rursum excusione divitis temptatum contidie pau
perem probavit. Cui certe poterat ad penam sufficere paupertas etiam si sanus
fuisset. rursum sufficisse egritudo etiam si subsidium adfuit. Sed ut probaretur
amplius paup simul hunc & paupertas & egritudo tabefecit. atq; insup videbat
procedente divite obsequentibus cuneis fulciri. & se infirmitate & inopia
a nullo visitari. Nam quia nemo ei adhibitandi aderat. testantur canes qui vi
center ulcera lingebant. Et una g̃ re omps ds duo iudicia exhibuit. div lazari
pauperem ante januam divitis iacere permisit. ut & dives impius dampnationis
sibi augeret ultionem & temptatus paup crescere ad remunerationem. Factum
aut ē ut moreretur mendicus. & portaretur anglis in sinu abrahe. Mortuus ē
aut & dives. & sepultus ē in inferno. Sinus abrahe requies ē beatorum pauperum
quorum ē regnum celorum. quo post hanc vitam recipiunt. Sepultura inferni penarum
profunditas. que superbos & inmisericordes post hanc vitam vorat. Eleuans autem
oculos suos cum esset in tormentis. videbat habraham alonge & lazarum in sinu
eius. & ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei. & mitte lazarum ut
intinguat extremum digiti sui in aqm & refrigeret linguam meam. quia crucior
in hac flamma. O quanta ē subtilitas iudiciorum di. oqm districte agitur bonorum
arbitrium. malorq; retributio. Certe supius dictum ē quia in hac vita lazarus ca
dentes micas demensa divitis querebat & nemo illi dabat. nunc de supplicio
divitis dicitur quia de extremo digito lazari distillari aqm more suo concu
piscit. Qui g̃ mense sue vel minima dare noluit. in inferno positus usq; ad minima
querenda pervenit. Sed notandum valde est quid sit qd diues inuge positus
linguam suam refrigerari petit. Mos quippe ē sacri eloquii ut aliqndo aliud
dicat. sed ex eodem dicto aliud innuat. Supius autem hunc superbum divitem non
loquacitatem vacantem dixerat si superflue convivantem. neq; hunc deloquacitate
narravit. sed cum elatione & vanitate de se dicere percasse. Sed quia abundare
inconvivis loquacitas solet. is qui hic male convivatus dr. Apud inferos gra
vius in lingua ardere phibetur. Sed cum grave valde pavore pensandum ē hoc
qd sequitur. Et dixit illi abraham. fili recordare quia recepisti bona in vita
tua. & lazarus similit mala. Nunc autem hic consolatur. tu v̄ cruciaris. Ecce
enim div dicitur recepisti bona in vita tua indicatur & dives iste boni
aliquid habuisse ex quo in hac vita bona reciperet. rursumq; dum de lazaro
dicitur quia recepit mala profecto monstratur. & lazarum habuisse malum
aliquod purgaretur. Sed mala lazari purgavit ignis inopie. & bona divitis
remuneravit felicitas transeuntis vite. Et in his omnib̄ inter nos & vos chaos
magnum firmatum ē. ut hi qui volunt aut. Quia enim

aut: hic transire ad vos non possunt neq; inde huc transmeare. Qia in re valde querendum est. quom dicat hii q̃ volunt ad vos transire n̄ possunt.